



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXXV. de Triennale possessore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

etiam in quacumque instantia, Cassad Decif. 12. num. 1. sup. Reg. Farnacius Decif. 60. num. 1. hæc enim Regula favorabilis est, ut vult Flam. Paris. de Resign. benef. lib. 3. quest. 5. num. 18. Denique adverte possessori annali non suffragari hanc Regulam, quod minus penam impositam vitet ob non publicationem per not. Flam. Paris. d. tract. lib. 1. q. 6. num. 90.

Quid certo modo vacare præten dit) Quanquam hæc Regula de annali, loquatur de beneficio, quod certo modo vacare præten ditur, & secundum aliquos debeamus intelligere de certo modo non expresso, & quando in impetratione dicitur proprie per ista verba tantum, certo modo vacare, nihilominus Rota tenet, ut habeat locum etiam in impetratione per obitum, vel per resignationem, vel alio modo expresso, quia & obitus, & resignatio dicitur certus motus vacandi ita Crescentius deq. 1. 1. de Renunciat.

*Regula XXXIII. Innocentii VIII.
qua est XXXV. Pauli V.*

- | | |
|--|--|
| <p>Beneficium sine Canonica institutione obtineri nequit.</p> <p>Hæc Regula locum tantum habet in personis, quæ sunt iustas habiles ad beneficia.</p> <p>Dispositio hujus Regulæ cessat in spuris, & aliis personis minus habitis, & num. 41. 50.</p> <p>Origo possessionis attenditur quoad effectum hujus Regulæ.</p> <p>Non est recedendum à verbis constitutionis, etiam exorbitantis.</p> <p>Hæc Regula cessaret, si quis electus sine confirmatione possideret: Item si sine provisione vigore acceptationis possideret.</p> | <p>7 Per electionem non acquiritur jus in re, sed ad rem, & num. 60.</p> <p>8. Appellatione electionis intelligitur de confirmata, vel de ea, quæ requirit confirmationem.</p> <p>9. Hæc Regula locum obtinet etiam in electionibus, quæ confirmationem non requirunt.</p> <p>10. Triennium de quo in hac Reg. debet esse continuum.</p> <p>11. Dictio Per denotat continuationem omnimodam.</p> <p>12. Possessio pacifica qualiter intelligatur quoad hanc Regulam, & numer 63.</p> <p>13. An is, qui possidet fructus, cui alioqui</p> |
|--|--|

V u

lioqui

- alioqui lis mota est, dicatur pacifice possidere; & quid si non moveatur lis, sed posside fructus.
14. Reservatio generalis in corpore juris clausa una tantum reperitur.
15. Collatio beneficii devolvi per alium quam Papam facta, nulla est.
16. Devolutio non includit reservationem generalem.
17. Beneficium licet sit devolutum, uniri tamen potest per Episcopum.
18. Possessio beneficii triennalis, defendit possidentem quoad possessionem, non quoad titulum.
19. Possessio beneficii, an det titulum in beneficio.
20. Confirmatio Papae ex certa scientia, id quod alias à principio erat nullum, validum, & firmum redditur, & num. 76.
21. Intrusus quis dicatur.
21. Habens Canonicum titulum, etiam si violenter ingrediatur possessionem non dicitur intrusus.
23. Interpretatio verborum Regulae *Antiquas lites penitus extinguentes*, &c.
24. Pendere non dicitur, cui renunciatum est.
25. Lis finita non dicitur, nisi per sententiam, quod limita ut hic infra, & num. 34. in fin.
26. Citatione facta, debet quolibet anno renovari per aliquem actum.
27. Regula haec an habeat locum in impetratione facta post pacif. triennalem possessionem, sive in forma juris, sive per vacationem ipso facto de commissis ante triennium.
28. An exceptio hujus Reg. obstat impetranti? non solutionem metis annatae.
29. Regula ista locum habet in privatis ipso jure, vel per sententiam.
30. Carens titulo, non dicitur intrusus, quoad effectum hujus Regulae.
31. Ista Regula licet defendat possessionem, non tamen inducit titulum, & num. 72.
32. Beneficium Ecclesiasticum potest quis detinere, etiam sine institutione canonica quoad effectum hujus Regulae.
33. Alia interpretatio verborum hujus Reg. *Antiquas lites*, &c.
34. Qui dolo debet possidere lite pendente, potest semper conveniri.
35. Exceptio firmat Regulam.
36. Excommunicatus possidens triennio ex titulo colorato juvatur beneficio hujus Reg.
37. Excommunicatus possidet, juraque hac Reg.
38. Secuserit, si spoliatur.
39. Haereticus possidet nec repellitur beneficio hujus Regulae, num. 1. contra num. 82.
40. Defensio non tollitur excommunicato.
41. Spurius, homicida, & quicumque alias inhabilis utitur exceptione hujus Reg.
42. Commendatarius an hac Reg. tueri possit?
43. Haec Reg. in quo aucta sit per novissimos Pontifices.
44. An beneficii appellatione quoad Reg. effectum veniant officia?

45. Beneficii appellatio in materia favorabilior est.
46. Hæc Regula comprehendit etiam hospitalia quæ dantur in titulum.
47. An uniones sub hac Regula comprehendantur?
48. Per unionem extinguitur nomen & effectus beneficii.
49. Hæc Regula non tuetur eum qui possidet duo curata; nec eum, qui possidet beneficium manuale; nec resignatarium qui non publicavit resignationem.
50. Quid in beneficio Jurispatronatus?
51. An in spuris & aliis personis inhabilibus hæc Regula locum obtineat?
52. Verbum *quicumque* in hac Regula restringitur ad personas habiles.
53. Illegitimi etiam hac Regula defenduntur.
54. Præsumpta dispensatio quæ fundatur in Reg. de Triennali non habet locum in illegitimis, qui beneficia obtinent in Ecclesiis, ubi eorum patres beneficium habent.
55. Dispositio quæ respicit commodum publicum, non recipit restrictionem ad habilitatem personarum.
56. Mulieres in dignitate Ecclesiastica constitutæ an sub hac Regula comprehendantur?
57. Beneficii appellatione non venit dignitas.
58. De qua Simonia hæc Regula loquitur de realine, an etiam de conventionali? & quomodo probetur Simonia.
59. Delictio Simoniæ Realis, & Conventionalis, deque pœna utriusque.
60. An Simoniacus ignorans se tueri possit exceptione hujus Regula?
61. Sufficit à primordio tituli iusti possidere, licet ex post facto vitiosus ex simonia reddatur.
62. Per solam electionem sine confirmatione jus in re non tribuitur: limitatur ibi.
63. Ubiunque lex designat certum tempus, illud debet esse continuum in odiosis, alias secus.
64. An triennium hujus Reg. currat contra minorem?
65. Pacifica possessio de qua in Reg. ut intelligatur: & an qui possidet fructus, dicatur pacifice possidere?
66. An pacifica possessio interrumpatur per citationem nullam?
67. Citatio geminata pro valida habetur, etiamsi fuerit malè executata.
68. Comparens ad causam cum mandato pro cura habetur pro legitime citato.
69. Septem privilegia reservationis per obitum apud Sedem.
70. Hæc Regula loquitur tantum de reservatione beneficiorum vacant. per obitum in Curia.
71. Dicitur reservatio non censetur comprehensa sub quacumque dispositione, nisi de illa fiat specialis & individua mentio.
72. Indicta Cardinalium non extenduntur ad beneficia vacantia in Curia, nisi in Ecclesiis suis titularibus in urbe existentibus.
73. Beneficia devoluta an sint reservata?
74. Devoluta quæ dicantur beneficia.
75. Duobus modis conferuntur beneficia devoluta Vu 2 76 An

76. An sicut Ordinariis, ita etiam Legatis & Nunciis currat semestris ad conferendum beneficia devoluta?
77. Legatus a latere concurret sicut & Papa cum omnibus Ordinariis in collatione beneficiorum: estque inter eos locus preventionis.
78. Hæc Regula defendit tantum possessorem etiam malæ fidei quoad possessionem, non quoad titulum.
79. Hæc Reg. non extenditur ad petitorium.
80. Dispositio hujus Reg. non afficit Ordinarium.
81. Possessio triennis an acquirat titulum possidenti: & an defendat execrabilem contra tertium?
82. Effectus Confirmationis Papalis qui sint.
83. Intrusus ad effectum hujus Regulæ quis dicatur.
84. Intrusus in beneficio licet sit bonæ fidei, an beneficia spectantia ad illius collationem conferre possit?
85. An hæreticus defendatur ope hujus Regulæ?
Adversus intrusos extat Constitutio
- PRI IV. decernens sequestrum. Ibid.
86. Simoniacus an audiatur in posteriori iudicio? & quid in Simoniacis ignorante, an juvetur beneficio hujus Regulæ?
87. Interpretatio verborum Antiquitates, &c. remissivè.
88. Coloratus titulus quomodo hic consideretur.
An titulus prædecessoris transferatur in successorem quoad etiamalem possessionem.
89. Casus in quibus quis nec coloratum titulum habere dicatur.
90. Hæc Regula contenta est titulo præsumpto.
91. Nec cogit execrabilem proderet suam dispensationem.
92. Titulus invalidus non dat colorem.
93. Vitiosus ingressus dari non debet in beneficialibus: admittitur tamen invalidus titulus quoad dispositionem hujus Regulæ.
94. An hæc Regula loquatur de personis habilibus?
95. An Regula ista locum habeat in Commendatariis?

*Regula XXXIII. INNOCENTII VIII.
quæ est XXXV. Pauli V.*

DE TRIENNALI POSSESSORE.

Item, statuit, & ordinavit idem D. N. quod si quicumque Ecclesiastica beneficia qualiacumque sint, absque Simoniaci ingressu* ex Apostolica vel ordinaria collatione aut electione, & electionis huiusmodi

modi confirmatione seu presentatione & institutione illorum, ad quos beneficiorum huiusmodi collatio & provisiō, electio, presentatio, seu quavis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederint (dummodò in beneficiis huiusmodi si dispositioni apostolica ex aliqua reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, si non intruserint) super eisdem beneficiis taliter possessis nequeant molestari, nec non impetrationes quascumque de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censi debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

GLOSSEMA ALPHONSI.

Hic Regula est notabilis, & quotidie practicatur: & dicit quòd possidens beneficium pacifice per triennium, ex collatione illius ad quem pertinet beneficiorum collatio, &c. dummodò non habuerit ingressum Simoniacum, vel beneficium non sit reservatum in iure, quòd amplius super illo non possit molestari, & quòd impetrationes facta de illo beneficio tanquam de vacanti sunt nulle, & extinguit lites antiquas, &c. h. d.

Sed quia saepe & saepius dubitavi de extrema parte istius Regulae, videtur mihi quòd alij maiores me debeant dubitare. Ideo primò dicam aliqua puerilia pro curialibus, quia cum de iure non potest aliquid beneficium obtineri sine canonica institutione. c. 1. de reg. jur. lib. 1. Sequitur quòd etiam si unus habeat beneficium per mille annos, si tamen non habeat canonicum titulum semper possum illud beneficium impetrare, tamen ista regula dicit contrarium, saltem post triennium. Secundo dico, quòd licet de iure canonico non perit instantia c. penult. de iud. tamen videtur hic quòd triennio pereat instantia, & etiam ius primae pile.

Et atequum veniam ad intellectum huius Regulae, declarabo aliqua vocabula, Primò dicitur hic: si quicumque Ecclesiastica beneficia, &c. & dico quòd debeat intelligi de talibus, aliis ad possidendum, quia iura loquentia de personis intelliguntur de idoneis ut gradatim ff. de muner. & honor. & c. eumuchus lv. di. & gloss. in l. 1. C. de Sac. sanc. Eccle. Ideo dico quòd si Laicus possideret, vel spurius, vel mulier, quòd non habet locum ista regula per praedicta.

Item ibi, absque simoniaco ingressu, &c. Ex quo sequitur, quòd si unus à principio habuit possessionem ex collatione Ordinarij alicujus beneficii reservati, & tamen lapsò aliquo tempore suis visum quòd erat reservatum, & commissit simoniam cum illo qui impetraverat, quòd etiam tunc locum haberet ista regula per illud verbum hic positum: quia à principio non habuit ingressum simoniacum; ergo si postea habuit cum simonia, non potest

V u 3

est amplius impetrari: quia non est recedendum à verbis constitutionis, etiam exorbitanti arg. l. non aliter ff. de leg. 1. 1. 1. & l. de pretio ff. de public. & sic auditio sententiarum in Rota: ita quod post triennium fuit cassata impetratio facta ab alio tempore in Hispania.

Item hic dicitur, & electionis huiusmodi confirmatione, &c. Ex quo sequitur, quod ista Regula non haberet locum, si quis tantum ex electione, vel confirmatione possessionem haberet, & idem dicerem, si sine provisione vigore acceptationis possideret ut cap. fin. de concess. prebend. lib. vi. & ratio est, quia per electionem non acquiritur ius in re, sed et rem, ut vult gloss. not. in clem. 1. in verbo colla. ut lite pend. licet gloss. in c. quanto lxxiii. dist. velis contrarium, quod Sicut tenet, ut arbitror in c. nobis de iure pa. sed veritas est ista, quod per confirmationem electionis acquiritur ius in beneficio electo, & appellatione electionis simpliciter prolatæ intelligitur de confirmata, vel de ea que requirit confirmationem proprie sumpto vocabulo, ut dicit gloss. sing. in verb. electioni in clem. quia contingit de Relig. dom. quam not. ibi Card. & insert ex ea unum aliud bonum electionem, sed si volumus tenere illud quod dicit Abb. corroboratur per illud quod dicit Oldr. consil. cxlvi. quod posui in tr. de elect. & de concess. prebend. quod incipit, factum est tale, debet intelligi de electione improprie sumpta, que non requirit confirmationem, sed statim electus potest administrare, ut sunt aliqua prebende electivæ per cap. ut in Eccles. Zamorum & ista tales non sunt proprie electivæ, per dictam gloss. & per illud quod dicit ibi Card. in d. clem. quia contingit: tamen in Rota vidi sententiam per Ant. de Grassis contrarium, sed ista est veritas; & in istis dicitur potius collatio, quam electio, & sic loquitur Oldr. in dicta suo consilio. Ex quo infero, quod in illis talibus beneficiis etiam ex sola electione, sive confirmatione habeat locum ista Regula, quia illa electio habetur pro collatione, ergo, &c. facit gloss. in cap. si postquam de elect. lib. vi. & in c. 1. de tempor. ord. c. 1.

E Item in quantum ista regula dicit, per triennium, &c. debet intelligi de triennio continuo. Itaque si per unum diem tantum infra triennium non possideat, non habet locum privilegium hu. us. regule; quia dictio per denotat continuatio rem omnimodam. l. urbana §. pernoctare ff. de verb. sig. & ad hoc facit l. si qui ita ff. de condi. inst. & quod ibi dicit Bald. qui dicit de dictione per iuncta tempori, quod tempus continuum est significat.

F Item in quantum hic dicitur pacifice, debet intelligi, id est, si non sibi moras sit, ut dicit gloss. in clem. 1. de sequestr. pos. & fru. in verbo ante, & non expono pacifice, id est iuridice ut dicit gloss. in c. placuit xvi. quaest. 6. qua de re dixi supra regula proxima, & sic praticat. r. quod licet quis possideat, & habeat fructus, tamen si sit sibi mota, non dicitur pacifice possidere; idem dico si non moveatur sibi lis, sed non possidet majorem partem fructuum; tunc non dicitur pacifice possidere, ut vult gloss. in cap. commissa de elect. lib. vi. & aliqui Doct. in c. constitutus 1. 1. de Appell. inde dicit Bellamera in d. clem. Quod si unus molestatur super perceptione fructuum, tamen possidet.

licet ipse majorem partem, quod dicitur pacifice possidere, pro quo facit gloss. in d. cap. commissa, & in hoc ut non dicatur pacifice possidere, satis est quod sint sibi lis mora per unum, vel quod mori fiat ab uno, ut non percipiat majorem partem fructuum, etiam quod alii qui non molestaverunt, argum. l. naturaliter de usufructu, licet videatur contra la. de rei vendis. & sicut pro & contra, ut dicunt Doct. maxime Anton. & Sicut. in c. illud, de præsumpt. de quo aliquid dixi supra regula proxima.

Item in quantum hic dicitur, ex aliqua resignatione generali in corpore juris clausa, &c. hic videtur quod aut Compilatores hujus Regule, & etiam tempore Sixti, & Pauli erraverunt, aut ego sum bubulus. nam xx. i. i. annis volvi & revolvi jus canonice, & civile, quorum xx. i. i. praticari in curia, & legi hic quinque, & in partibus terrarum: tamen nunquam reperi reservationem in corpore juris clausam, nisi unicam tantum, videlicet in vacantibus in Curia: & hoc casu Curia extenditur ad duas dietas c. 11. & c. 14 præfati de præb. lib. vi.

Sed si hoc esset verum, quare dicitur hic, & ex aliqua reservatione? &c. Ideo credo, quod sicut unus fecit à principio, sic omnes alij fecerit sunt nunc cum: & sufficisset dicere de quomodo in curia non caverint: nisi velit dicere, quod est alia reservatio in corpore juris clausa: videlicet, quando est beneficium devolutum ad Papam, de quo lapsò tempore nullus potest se immutare, & si conferat, nihil valet. licet de sup. neg. prælat. & gloss. in c. 1. de concess. præbend. Item quando Ecclesia inferior est subiecta Papæ: quia tunc eius collatio pertinet Papæ c. fin. de renunt. secundum aliquos; sed quando dicuntur reservationes generales, sed quadam collatio particularis, nec Cancellarius potest istas reservationibus, cogitandum tamen est, quod licet beneficium sit devolutum, non potest uniri per Episcopum, ut in c. sicut de sup. neg. prælat. secundum Feder. de Denis in suo cons. licet gloss. & Domin. in c. si tibi absenti de præb. lib. vi. dicant in contrarium. Item potest conferri per Legatum gloss. in clem. si de beneficio de præb. & in c. 1. de off. leg. lib. vi. Item per executores ut in d. clem. Item c. fin. de renunt. non facit ad casum: quia ibi pertinebat iure speciali, scilicet quia Papa sibi concessit privilegium: tamen unus magnus Abbreviator dixit mihi, illum casum pro singulari quod ibi erat reservatio generalis; sed certe non est reservatio sed collatio ordinaria, & ita dicit mihi Nicolaus de Castello, qui tenet opinionem illam quod non sit nisi unica reservatio, quod fuit error Abbreviatorum.

Item dicitur hic, quod de beneficiis taliter possessis nequeant molestari, &c. & quæ reserunt Domini de Rota viventes nunc, quod ista Regula tantum defendit possessionem triennio pacifice à possessione tantum, & non à proprietate, & ad hoc allegat gloss. in c. contingit, de dolo, & contum. ex qua notat ibi Sicut. quod si quis possideat beneficium per decem annos inter presentes, quod amplius potest se defendere à Domino illius beneficii, licet ipse non efficiatur beneficiarius quoad proprietatem. Item ad hoc allegatur dicitur Innoc. in c. 1. de offic. Vicar. & in c. hñ, de sup. neg. prælat. & allegavit

gavit mihi hoc unus Audi or, qui habebatur de maioribus in iure canonico & civili, & dixit mihi, quod habuit ista constitutio ortum à quadam constitutione facta in Concilio Constantien. que fuit approbata in Concilio Basilien. & sic volunt Domini de Rota: quod regula non dat titulum, & sic sententiavit Villadiego de consilio Dominorum Abbatum suorum, contra Benedictum cubicularium Pape, de mense Februarii anno lxxxix. quociderat à possessione cuiusdam monasterii, &c. & ego tenebam quod ista regula daret titulum: & ad hoc allegabam c. cura de iure Patron, ubi apparet, quod etiam quod titulum videtur quis habere ius si bona fide possidet, & hoc vult dicere gloss. in cap. Si possessiones xvi. quæst. iii. ibi, vel die, &c. & ad hoc facit etiam gloss. in d. cap. Cura quæst. iii. ibi Sicul. & optima gloss. in prima solutione ad dictum c. cura xvi. quæst. vii. inc. Si quis deinceps. Item ad prædicta allego. c. Si à Sede de præbend. lib. vi. ubi etiam paribus, etiam in beneficiis possessio dat titulum, & facit quod dicit ibi Ioan. de Imol. si domi videatur claudicare. Item ad hoc facit quod dicit Bald. & dicit esse singulare in l. quamvis C. de fidei commissis in l. colum. ubi dicit quod ea, que tendunt ad perfectiorem mandati, tacite includuntur: & ex hoc colligit ibi, quod cum unum conceditur, videtur & aliud concedi quod sequitur ad illud: & concordat. ff. de servitut. urb. præd. leg. Servitutes §. Si domo, & ex hoc consului in Curia, quod si Papa mandat aliquem non molestari super fructibus & possessione alicuius beneficii, quod per hoc videtur adscribere sibi beneficium, & sic sententiavit Rota in una causa de Vallado in Portugallia & pronuntiavit Gaspar auditor.

Sed mandat Papa hic ipsum non molestari qui possedit triennio, ergo videtur sibi daturus jus percipiendi fructus: sed ius percipiendi licet fructus est ipse titulus, ergo, &c. per istam legem: ex quo sequitur, quod si iste esset spoliatus, posset petere restitutionem, etiam si obiceretur sibi quod non habet titulum: quia ipse posset dicere quod habet ex hac regula ut dixi. Tamen posset ad hoc responderi, quod quoad possessionem beneficii posset respondere. Sed tunc ego replicarem d. c. i. de eo qui mit. in pos. lib. 6. & de hoc alio hic ea quæ dixi superius in xv. regula in l. i. prærogativa: & decisionem huius dubii relinquo d. d. Dominis: quia posset dici mihi, quod ista regula requireret titulum præcedentem, ergo, &c. dicerem, quod etiam si titulus esset invalidus primus, tamen hic validatur: ergo sequitur, quod est novus titulus, etiam quoad judicialia, & quoad Deum: quia licet confirmatio non faciat firmum, nisi quod aliud est legitimum, tamen si Papa facit ex certa scientia, tunc videtur quod nullam erat à principio facere firmum, ut dicit gloss. notab. in c. Placuit in fin. xxi. quæst. vi. & sic est in casu nostro, & sic credo verius salva autoritate Sedis Apostolicæ: nam si contrarium esset verum, daretur materia spoliari & possessores, &c.

Item in quantum hic dicitur, dummodò se non intruserint, &c. Debet intelligi isto modo, quia licet aliàs de iure non dicatur intrusus, etiam qui per vim intrat possessionem alicuius beneficii, si aliàs habet titulum ad illius beneficium, tamen quando beneficium est reservatum generaliter, ut hic, licet habeat titulum, censetur intrusus: sicut quod

quod not. Domi. in c. eum qui de præb. lib. vi. ubi dicit quod habens canonicum titulum, etiam si violenter ingrediatur beneficium non dicitur intrusus: sed quando est beneficium reservatum non censetur habere titulum, ergo &c. Item in quantum hic irritantur impetrationes facta de dictis beneficiis sic possessis, sequitur unus intellectus ad verba sequentia ibi, antiquas lites penitus extinguentes &c. ut sit sensus: quod si unus possideret etiam ante istam regulam triennio aliquod beneficium pacifice, & si post triennium unus alius impetret illud, quod non valeat impetratio, & si postea fuerit mota in etiam ante istam regulam, quod extinguitur ista lis antiqua, & isto modo potest intelligi ista Regula: videlicet, quod etiam si impetratio sit facta ante triennium possessionem pacificam, quod nihil valet, & etiam quod extinguunt lites antiquas super hoc.

Sed certe super hoc ultimo dubitavi quid vult dicere antiquas lites penitus extinguendo &c. & consului Doctores doctos & ipsi intelligebant prout intellexi: & ego sic intelligo, videlicet quod si unus possidet unum beneficium, & tu citas eum super eodem beneficio, & tamen ipse postea percepit fructus pacifice per triennium, & tamen per totum triennium nihil facis contra eum, quod ipse dicitur pacifice possidere, non obstante illa lite antiqua mota ante triennium; quia illam extinguunt Papa, & hoc vult dicere aperte ista littera, & quod hoc sit verum hoc fundo: quia quando tu non prosequeris litem per te motam, videris habere eam pro derelicta: & ideo non dicitur jam lis pendere, ut dicitur glos. notab. in verbo prosequatur in clem. i. ut lite pendente & illam alleg. decis. Rotæ ccccxv. quæ incipit Item si lite pendente & tamen illa eadem decisio dicit, quod nunquam lis finitur in curia nisi per sententiam. Ideo Rotæ practicae hodie contra istum intellectum meum propter illam decisionem, etiam si dureret lis per mille annos, sed supra in xxvii. Regula de surrogatione dixi contra illam decis. & allegavi dictam cle. i. et cap. i. de lit. contest. lib. vi. & alia iura. & concludo hic prout ibi dixi, & illa glo. debet intelligi, quando unus renunciat liti: quia quoad eum non dicitur lis pendere l. postquam liti C. de pact. vel alias ex conjecturis apparet, quod non vult prosequi, quod relinquitur arbitrio iudicantis ut not. gl. in l. fulcimus §. i. ff. ex quibus causis. in pol. eatur, & facit c. non solum xi. quæst. iiii. & cap. quem progenitores xv. q. i. & c. dilecti. de ap. & ista præsumptio est propter illud triennium quod dicit ista Regula, puta si infra triennium non fuit citatus ad aliquem actum, & etiam loquitur ista Regula quoad causas futuras post regulam, per leges C. de legi. & ad causas præteritas per verbum possederit hic positum, & potest referri ad præteritum subiunctivi, & ad futurum iuxta glo. in cap. ii. de constit. lib. v. & c. i. de cler. non resi. lib. vi. & quia lex semper loquitur, l. Arriani C. de heret. sequitur quod etiam potest dici antiqua lis etiam post Regulam. Et dicitur pacifice possidere iste ante triennium citatus, sed infra triennium non, per istam Regulam, si habeat fructus pacifice, & quod dico hic refero ad Regulam xxvii. supra loquente de surrogatione: & illud quod dixi refero hic causa brevitas, & sic pro isto intellectu meo, vidi quod Anton. de Casarellis

maximus advocatus tenuit, & consuluit, & allegavit ut per Bald. in l. si sit §. i. ff. de leg. 1. & in l. Titius ff. de act. empt. & vend. Rota tamen prosequendo stylum suum tenet contrarium: quia in causa mea allegavi hoc, & non profuit. Ideo est hodie inter Curiales receptum, quod si citas unum semper in quolibet anno, facias aliquem ad hunc, infra triennium & sic sit hodie.

Et ex predictis tollitur unum dubium curioforum, quod si unus tempore Sixti possedit duobus annis, & undecim mensibus pacifice, & tempore Innocentij alio mense, postquam facta est illa Regula, vel ante, quod sit tutus, licet regula Sixti sit mortua, tamen quia ista refertur ad praterita, etiam ista regula tuetur eum, ut supra dixi.

Item ista regula posset habere locum in impetratione facta post pacificam possessionem triennem, sive in forma juris, sive per vacationem ipso facto de commissis ante triennium ex quo indistincte loquitur: tamen melius est dicere de secundo modo, & non in forma juris: quia tunc non esset causa beneficialis ut dicit glo. in c. 11. ut ille pendente lib. vi.

Vidi tamen dubitari si unus possedit beneficium sex annis, & ego impetro illud, quid si non solvit mediam annatam, & secundum bullam Pij est privatus ipso facto, & ex primo per quod annos possederit secundum regulam supra proximam, tamen non peto derogari huic Regula, an potest postea mihi opponi de hac regula? & crederem quod non quia Papa videtur ibi facile derogare arg. c. 1. de constitut. lib. vi. & eorum quae notantur maxime per Bartol. in l. si quis in principio testamenti ff. de leg. 1. & per Doctor. in cap. 1. de exce. praela. lib. vi. maxime quia non est ibi clausula derogatoria: tamen ad cautelam semper ponitur in supplicatione, & cum derogatione &c.

Et per hoc infero, quod hac Regula habeat locum in privato ipso jure, vel per sententiam argum. l. in rebus §. fin. cum l. sed si manente quae sequitur ff. de precarya & credo quod habet locum ista Regula etiam contra judicem arg. cap. conquerente de restitut. spoliat. & ad predicta facit, quia etiam si iste careat titulo, tamen non dicitur intrusus, ex quo continuat suam primam possessionem, quam habebat per dicta iura & hoc vult ista Regula considerans initium ingressus, & facit cap. cum qui in principio. & quod ibi notat Dominicus de praebend. lib. vi. maxime quia ista Regula non datur ritulum secundum Dominos de Rota, sed tantum defendit possessorem, & sic respondet ad cap. 1. de reg. jur. lib. vi. quae dicit quod nemo potest beneficium obtrudere sine institutione, sed non dicit quod non possit possidere, facit quod dicit Abbas in cap. literis de restit. spol. sed tenendo intellectum quem tenet Rota, nescio quid est dicere secundum Dominos Auditores, antiquas lites penitus extinguendo? licet interrogaverim aliquos ex eis, & si aliquis dixerit antiquas lites, quae duraverunt per decem annos ante illud triennium, ut in simili dicit glo. in cle. 1. de reb. Ecclie. & in l. si si ager vecti vel emphy. pe. dico quod ista regula est una trussa: quia tunc etiam obstat ad decisio Rotae, quae dicit quod nunquam extinguitur lites, nisi per sententiam in Curia.

intantum aliqui volunt sequi illam decis³ quod etiam si viderint clarè istam Regulam finire lites, tamen volunt potius stare decisioni Rotæ, quam decisioni Papa, & ideo videtur sibi, quod esset dicere contra veritatem boni tamen, vel Doctores contrarium credunt, & intelligunt aliqui alij antiquas lites, scilicet cum antecessore, secus cum isto novo possessore, ita dixit mihi Tac. de Rizonib. Abbreviator de maiori parco bonus iurista, sed nihil allegavit, ideo &c. sed quia ex quo desit iste possidere lite pendente, presumitur quod successor sit dolosus & intrusus ar. c. quia C. de iudic. & c. sape de rest. spol. & c. i. de alie mut. jud. & c. significavit de rescript & ille qui desit dolo possidere lite pen. potest semper conveniri, & sententia lata contra eum præiudicaret successor per prædicta iura, & per multa alia, & sic practicatur. Item postea consului dominum Nicol. de Castello & respondit mihi quod nesciebat intelligere aliter quam ego hic dico, & remisit me ad D. Antonium de Eugulo antiquum procuratorem, qui dixit mihi quod in hoc ipse habuit sententiam contra, sicut ego in causa mea, & quod ista Regula non est in hoc intelligibilis, & quod illi qui composuerunt, etiam non intellexerunt & quod deberent vocari Advocati & procuratores & Auditores quando componuntur Regula, tamen nolunt maiores &c. ideo dico, ex quo obscure loquitur ista Regula in hoc perinde habetur atque si non fuisset condita l. de atate. §. nihil ff. de interog. & c. ego tamen sic intelligo sicut dixi: tamen Rota contrarium praticat: puto tamen propter prerogativam Curie, quod servetur dicta decisio saltem in lite pen. in curia, scilicet quod non finitur lit. nisi per sententiam, ut dicit decis. prædicta: sed extra curiam ad minus servaretur illud quod dixi: ex quo omnes literarise intelligunt: sed non servatur nisi indistinctè & male &c.

Ultimo dico ponderanda hæc verba istius regule: nam hic non requiritur aliud ad eius verificationem, nisi titulus coloratus & possessio &c. excipiuntur tantum duo casus, ergo sequitur quod in alijs ista regula est firma, nam exceptio firmat regulam & ultra iura vulgaria allego ad hoc c. licet in fi. de elec. & c. ii. in prin. & in fin. de conj. lepro. 35
ex quo sequitur quod etiam si excommunicatus possederit triennio ex titulo colorato aliquid beneficium, quod potest juvare hac regula: quia nulli dubium quod excommuni- 36
catus potest possidere beneficium, cum possessio sit quid facti potius, quam iuris l. i. §. si vir. uxori. ff. de acqui. pos. c. cum nostris. de concess. præben. ergo ea quæ sunt facti non possunt iure civili vel alio positivo infringi ut in d. §. si vir. ergo sequitur quod cum 37
excommunicatus potest possidere facit. c. item cum quis &c. in litteris de restit. spol. quod in eo habet locum ista regula, idque quoad hoc, ut non molestetur ut hic secus dico de restitutione si spoliatur: qui tunc obstat sibi exceptio excommunicationis, ut 38
dicunt tres glo. vulgares in cap. i. xxxiii. dist. 7. & cap. ex insinuatione de procu. & in c. dilectus de Rescript.

Item per prædicta dico idem in hæretico, quoad possessionem facti, quousq; spoliatur, & sic 39

sic tollo distinctionem Doctorum in c. de judic. quoad casum cuius regule. & crebro quib
sic praticat Rota: & est verum: quia sic dixit mihi Dominus Petrus Ferrera Hispanus
doctissimus vir, & allegavit mihi quoad istam regulam, quia a defenso non tollitur excom-
municato, c. cum inter de except. ergo &c.

X Item ex prædictis infero quod hæc Regula habet locum etiam possessor sit spiritus, vel
homicida, vel quicumq; alius inhabilis, ex quo indistinctè loquitur: sed in rei veritate de-
bet intelligi de personis habilibus, argum. l. ut gradatim ff. de mu. & non tamen com-
muniter tenetur & male.

Y Item hic vidi in curia unam questionem, scilicet an commendatarius ad vitam potest
se defendere cum ista regula? & certè prima facie videbatur quod sic, ex quo habet co-
loratum titulum &c. tamen contrarium credo verius: nam est certum quod iste non ha-

Z bet titulum, sed tantum depositum, arg. commodata ff. de verb. sign. & eorum
quæ dicit gl. in c. si constitit, de accus. Item quia iste non possidet ut l. licet §. 1.
ff. de postul. l. rei comodæ ff. commodati, in arg. ergo &c. & sic credo pronun-
tiasse Rotam, tamen crederem hoc verum si hoc molestaretur per habentem titulum ipsius

beneficij de novo, vel alias: quia ille dicitur verus prelatatus ut dicit gloss. in c. nemo de
elect. lib. vi. & non commendatarius ut dicit illa glo. Sed si alius etiam commenda-
tarius molestaret eum, crederem habere locum istam regulam: quia in pari causa &c.

de reg. jur. lib. vi. & crederem quod licet dicatur quod commendatarius non possideat,
ut dixi, tamen hoc verum quando dominus verus deposuit, secus si iudex: quia tunc possi-
det, sicut dicimus de sequestro, ut not. in dictal. licet, & facit lex interdum ff. de

aa acquir. pos. sed sic est in casu nostro, ergo &c. nescio tamen an Auditores moderni re-
ciperent hoc; nam dicunt quod non est beneficium commendæ, per superius dicta, & quia
beneficium debet esse perpetuum c. præcepta lv. distinct. & notatur in cap. veniens
de fil. præb. sed dico quod satis est perpetuum, quoad vitam obtinens in commendam
arg. l. i. ff. pro soc. cum gloss. & fortè non esset magnum hoc tenere præveritare, &
idem quod dico de commendæ, dicerem de administratione quæ etiam non dat titulum
ut in alia regula superius latius dixi.

COMMENTARIA JO. A CHOKIER.

A Hæc Regula) Ista INNOCENTII Regula in nulla sui parte est im-
mutata per alios Pontifices, nisi quod Adrianus VI. post verba *absque*
simoniaco ingressu addiderit ista ex quovis titulo: idque idè, ut ista Regula
comprehenderet etiam commendas super quibus antea controvertebatur in
Rota, teste Sarnienti hic in præfat. & in q. 5. & hæc Reg. celebris est & famosa ut
omni-

omnibus notum est, idēo indiget accuratori, licet succincta investigatione.
 Quinque Ecclesiastica beneficia) An beneficij appellatione veniant officia
 quoad effectum hujus Regulæ ? venire, dummodo sint Ecclesiast. (de quibus
 loquitur cap. cum accessissent de Constit. & in cap. Consulere de Simonia) adferis hic
 Gomel. quæst. 6. nam verbum hoc beneficium in materia favorabili latissimè de-
 bet interpretari c. 1. de Reg. iur. in 6. aded etiam ut comprehendat ex opinione
 quorundam hospitalia, quæ tamen dantur in titulum, & conceduntur ad vitam
 titulati: nam cum sint eo casu beneficia Ecclesiastica, Selya de beneficio p. 2. q. 11.
 nu. 13. in si Rebuff. in praxi tit. de devolut. nu. 73 & in tract. Nominat. q. 15. nu. 13.
 Hojeda de Incomp. in Presat. nu. 4. in si. dubium non est Regulam hanc compre-
 hendere, etiam hujusmodi hospitalia, ejus tamē qualitatis probatio incumbit
 alleganti, Mohed. decis. 18. de Causa poss. & propr. secus esset si non concederentur
 in titulum, sed tantum in administrationem: quia eo casu non sunt beneficia ut
 scribit præter alios Hiero. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. Flam. Paris. de Refig. be-
 ne. lib. 11. q. 3. ac proinde sub hac Reg. non comprehenduntur Gomel. hic q. 7.
 Mohed. d. decis. 18. de Causa poss. & propr. Simonetta tract. de Reser. ben. q. 7. Quid de
 beneficio unito ; non comprehendi sub hac Regula, præsertim si unio sit per-
 petua, rectè censuit post Gomel. quæst. 8. Hiero. Gonzalez ad d. Reg. 8. glo. 5. §.
 7. nu. 9. nam per unionem extinguitur nomen & effectus beneficij DD. in c. cum
 accessissent de constit. glo. in elem. per lictet as. de præbend. nec etiam vacare potest cū
 sit extinctum. Anto Faber lib. 1. definit. Foren. tit. 2. definit. 64. Ex quibus ef-
 ficatur Regulam hanc locum non habere in ejusmodi beneficijs, & ita servare in
 praxi Cancellariam Romanam omnes adstruunt, atq; ita superioribus annis de-
 cidit, Rota in una Alemine Parochialis coram R. P. D. Coccino 5. July 1610. Sic
 nec Regula hæc tuebitur possessorem duorum curatorum, ut resolvisse sacram
 congregationem Concilij refert Nayar conf. 20. de Præb. quod tamen intellige,
 dummodo talis possessor nullum habeat titulum, sed se intrusit de facto sine ali-
 cuius provisione in beneficijs, vel fuit declaratus per sententiam privatus titu-
 lo, ita contrariantes opiniones conciliat Gomel. ad hanc Reg. q. 10. sub finem, ibi
 Primus est quando execrabilis & c. licet extent S. Congregationis Illust. Cardina-
 lium S. Concilij Trid. quibus resolvitur possessorem incompatibilium non de-
 fendi dispositione hujus Regulæ de Trienali, quas vide apud Wamel. conf.
 233. in addit. de Præbend. & Nicol. Garciam tract. de ben. p. 11. c. 5. nu. 379. & ra-
 tio est quia contra Concilij Tridentini decreta non intrat hæc Regula, ut in
 una visiten. Canonicatus resolvit Rota coram R. P. D. Coccino 5. July 1610. quæ
 decisio extat apud Farinacium decis. 310. p. 2. in noviss. Insuper non tuebitur hæc
 Reg. Precistam, qui nominatus est ad primam vacaturam, vel qui acceptavit in
 casu non concessio Guimer. ad prag. sanctio tit. de pacif. poss. in pr. Deniq; non de-
 betur possessorem beneficiorum manualium Mohedan. decis. 169. Anast. Geron.
 de

de Indult. Cardinal. §. Regularia numero 37. Farinatus decisio. 667. Denique nec triennalem resignatarium, qui non publicavit, quia incurret in poenam Constitutio. Gregorij XIII. de publicandis resignatio. Flamin Paris de resignatio. benefic. libro II. questio 6. Postremò nec eum qui impetravit ante temporis verisimilis notitiæ, ut diximus ad Regulam XXVII. numer. 17. At quid dicendum in beneficio juris patronatus? Regula locum esse post Gomez. hic questio 9. respondit Dominus Wames. consil. 263. tom. I. Quid in comenda? pro affirmativa extat. decisio. 16. Mohedan. titul. de caus. possessor. & proprietat. Aliud in Præceptorij ad natum amovibilibus, quia in istis Regula de Triennali, ut & de annali locum non habebunt Mohed. decis. 10. dict. titul.

Laicus vel spurius, vel mulier) De Laico non est dubium: quia Laicus non est persona habilis ad beneficia, cap. cum adeo de Rescript. cap. ex literis de transact. De illegitimis & spuris idem dicendum, ex quo illi omnium jurium spiritualium sint incapaces cap. si gens Anglorum §. 6. distinctio. Rebuff. in pract. titul. de dispensat. super defectu natal. nec videtur ob stare verbum universale hic positum quicumque: quia illud restringendum videtur ad personas habiles; Gemina. & Petr. de Anchor. in cap. 2. de prabend. in 6. Contra tamen resolvit Rota apud Gomez. quæ rejecta Alphonsi nostri opinione censuit illegitimos etiam ista regula defendi, Gomez hic questio. 2. versicul. Tamen istis. cum præsumantur dispensati; quæ præsumta dispensatio non habet locum contra decretum Concilij Trident. nimirum in illegitimis, qui beneficia obtinent in ecclesiis ubi eorum patres beneficia habent. Nec movet quod dictum est verba universalia restringi ad personas habiles: quia ultra responsiones quæ possunt colligi ex limitationibus per Jas. in leg. fideiussor. §. Pretor ff. qui salsi cogunt, limitatur dicta conclusio non habere locum quando lex loquitur taxativè excipiens duo genera personarum, ut hic, videlicet Intrusorum & Simoniacorum: quia tunc casus non excepti comprehenduntur sub Regula ut in cap. 2. ubi Abb. de Coniug. lepro. præsertim quando Regula concernit commodum publicum, ut hic, quo casu non recipit restrictionem de habilitate personarum Bart. leg. si quis in gravi §. urum, ibi text. ff. ad Sensus consult. Syllan. leg. 1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. De muliere, dicimus eum Sarnienti hic questio 3. comprehendi sub hac Regula eam quæ habet dignitatem, qualis est Abbatissa, & Priorissa perpetua. Nec obstat quod Regula loquatur de beneficiis, quorum appellatione non venit dignitas clem. 1. de sequenti possessor. & fruct. cap. ad aures ubi Dominic. de Rescript. & in cap. sine. de Prabend. quia hoc fallit, ubi concurrat mens & ratio eadem dispositionis, maxime in materia favorabili, qualis est hæc, gloss. in clem. Auditor. de Rescript. & in cap. 1. de Reg. iur. in 6.

D *Abque simoniaco ingressu*) Dubitatur de qua Simonia hæc Regula loquatur, an de reali tantum, an etiam de conventionali, de mentali enim certum est Regula hanc non loqui. Prius explicandum est in gratiam juniorum, quæ dicitur simonia conventionalis, & quæ Realis: Realis est quando pacto interveniente, pecunia vel res aliqua pecunia aestimabilis, seu temporalis confertur pro re spirituali, eritque completa etiam si non omnia hinc inde, sed pro parte tantum sunt adimpleta, *Navar. conf. 6. de Simonia, & in Manuali.* & tales simoniaci sunt ipso facto privati beneficij, & incidunt in excommunicationem latae sententiæ, à qua nisi à S. Pontifice, non possunt absolvi, *text. in extravag. cum detestabile de Simonia in cap. cum detestabile ex de Simonia.* Conventionalis est, quando tantum est pactum pretium pro re spirituali, nondum tamen ex utraque parte pactum est adimpletum, puta datum pretium, nondum tamen datum beneficium, aut datum beneficium nondum datum pretium, nam quando ex utraque parte completa est pactio, Simonia realis est, *Navar. in Manual. cap. 23. numero 100. & consilio 3. de Simonia.*

Et in hac specie Simoniæ conventionalis controvertunt DD. an sicut pœnæ realis est privati ipso facto beneficij, & excommunicatio latae sententiæ, ita & in ista, *Navar. in cap. fin. de Simonia* tenet non incurri dictam pœnam donec detur pretium, Cardinal. Toletus in *summa lib. 5. cap. 94.* adstruit incurri, dicitque communem hanc sententiam ubique receptam, quam & probat Joan. de Anania in *cap. in nobis de Simonia.* Redoanus de *Simon. parte 4. cap. 9. num. 7. & part. 2. cap. 17. numero 24. & capite 11. numero 32.* Rebuff. in *praxi titul. de Simonia in Resignatione, num. 9. text. in capite nobis fuit. de Simonia.* Quæ postrema opinio etiam arridet Gomezio hic *questione 12.* nam promissio, inquit, & datio pari passu ambulant, non solum in materia spirituali, sed etiam in alia profana, *text. in leg. si. Cod. ad leg. Aquil.* & sicut ille qui per simoniam realem acquisit beneficium, tenetur illud dimittere: ita ille qui per solam promissionem de dando illud consecutus fuit, *Felx in cap. tua nos & ibi Abb. de Simonia. idem Abb. in capite cum ad nostram de election. in 3. not.* Hæc opinio si vera sit haud dubium est, quin Regula nostra procedet etiam in simoniaco conventionali, qui perinde beneficio dictæ Regulæ non defenderetur, cum ex dictis requirere habeat vitiosum ingressum atque simoniacus realis. Gomezius dicta *questione 12. versicul. Quid dicendum?* Limita tamen conclusionem non procedere in simoniaco ignorante: ut quia pater, vel frater, aut consanguineus aliqui dedit pro dando beneficio, filio vel fratri aut consanguineo, eo penitus ignaro & nescio, quia talis non conlevis pacti

pact simoniaci defenderetur ope hujus Regulae *Gomes. d. quasi. vers. Et ita quae
 dicta fuerunt, etiamsi in ejusmodi casu vera sit commissa Simonia cap. nobis, ibi DD.
 de Simonia. Licet autem defendatur talis ignorans Simoniacus exceptione hu-
 jus Regulae, non tamen tutus est in conscientia nisi petat absolutionem
 „ Sanctis. cum nova provisione, quo casu datur talis clausula; Et committatur
 „ Ordinarius in cujus manibus antequam ad absolutionem & alia praemissa pro-
 „ cedat Ordinarius N. Capellaniam praetactam realiter dimittere teneatur im-
 „ posita Oratori aliqua gravi poenitentia salutari eum absolvat, & si absolutione
 „ ejusmodi facta ipsi Ordinario confiterit quod Simonia praetacta ignorante
 „ prorsus dicto Oratore à principio commissa fuerit, ac per diligentem examina-
 „ tionem illum ad id idoneum repererit, Capellaniam praetactam ei ex miseri-
 „ cordia conferat, *vel sic*: Si absolutione facta ipse Ordinarius repererit praemissa
 „ vera esse prout superius enarratur, & praesertim quod Simonia ejusmodi per
 „ Oratorem commissa non fuerit, nec eam committi procuraverit, super quo
 „ ejusdem Ordinarii conscientia oneretur, ac per diligentem examinationem ad-
 „ hibitis &c. dictam Ecclesiam Oratori ex misericordia conferat, *vel sic*: Et com-
 „ mittatur Ordinarius in cujus manibus antequam ad absolutionem & novam
 „ provisionem procedat ipse N. dictum beneficium Ecclesiasticum realiter dimitte-
 „ re omnino teneatur. Imposita & eutriusque illorum pro praemissis poenitentia
 „ salutari arbitrio suo, & quoad novam provisionem N. faciendam cum clausu-
 „ la, Si de meritis & idoneitate alias &c.; & dummodo simoniam praetactam
 „ prorsus ignoraverit. Si vero simonia sit à sciente & illam procurante commissa, so-
 „ let apponi decretum de dimittendo hoc modo: Et committatur Ordinarius in cu-
 „ jus manibus antequam ad absolutionem & alia praemissa procedat dictus Ora-
 „ tor eandem Ecclesiam sancti N. realiter & cum effectu liberè dimittere omni-
 „ nino teneatur, ac eodem Oratore ab executione suorum ordinum arbitrio e-
 „ jusdem Ordinarii suspenso & citra novam provisionem. Secundò limita non
 „ procedere quando aliquid fuisset promissum, vel datum post collationem vel
 „ provisionem beneficij: quia tali casu non committitur simonia, & proinde
 „ possessor defenderetur exceptione hujus Regulae: quia sufficit quod à prin-
 „ cipio habuit titulum, licet alioqui ex post facto committatur Simonia, ut
 „ Abb. in cap. veniens de Testib. atq; ita censuisse Rotam scribit *Gomes. d. qu. vers.
 „ secundo principaliter.**

Porro, quomodo probetur simonia paucis examinandum est. Et quidem
 quia illa occultè committi solet, sufficiunt probationes praesumptivae text. in
 c. per tuas ibi DD. de Simonia *Gomes. ad hanc Reg. quest. 17. sub ff.* Attamen debent
 esse concludentes & vehementes praesumptiones, & tales ut Reum de crimine
 convincant *glo. in cap. Insinatam in gloss. ult. de Simo. Felij in cap. super his nu. 2. et
 accij.*

accusat. quod etiam procedere in crimine confidentiæ decidit Rota in una Hispanen. pratenſe ſimonia 7. Februarij 1596. coram illuſt. Blanchetto & in una Lucana coram illuſt. & Reverend. Card. Bononien. 27. Februarij 1606. quas refert Farinacius deciſ. 358. p. 2. in Novis. Nec in ijs probandis admitterentur teſtes inimici, textus in c. per tuas. c. licet ibi DD. de ſimonia. Nam licet bulla Pij V. in §. ceterum criminofis admittat teſtes quofcumq; & exceptiones omnes rejiciat, tamen exceptio capitalis inimicitia non propterea cenſetur rejecta, d. cap. licet. & cap. per tuas. Farinacius d. deciſ. 358. Secundò probatur cum res temporalis data eſt pro re ſpiritali in vim & executionem præcedentis tractatus, ut multis Rote deciſionibus modernis docet Farinacius d. deciſ. 338. nu. 11. part. 2. in Novis. Tertio probatur ex remiſſione debiti, probata tamen conventionione præcedenti. Mascard de Probat. concluſ. MCCCXII. vol. 2. Farinacius deciſ. 108. nu. 5. part. 1. in Novis. quæ probatio, ut reſert, talis eſſe debet, ut probet quicquid factum fuit in executionem præcedentis conventionis ſeu tractatus. Farinacius d. deciſ. 338. nu. 11. Sed quid ſi conſignatio facta fuerit incontinenti poſt reſignationem beneficii, an ea præſumatur ſimonia? Rota in una Leodien. Canoniciatus coram R. P. D. Pirvano 8. Julij 1612. quæ extat apud Farin. deciſ. 418. nu. 4. p. 1. in Novis. decidit non præſumi, quia actus quamvis eadem die facti, non dicuntur correſpectivi ad inferendum ſimonia. Mohed. Deciſ. 3. de ſimonia Pur. dec. 17. lib. 1. Quartò probatur per confeſſionem illam committentis c. præbyter 15. quaſt. 5. Roland. à Valle conf. 31. nu. 1. vol. 3. Quintò per famam, Mascard d. concluſ. Rota tamen d. deciſ. 358. n. 8. decidit ſimonia non probari per famam. Pur. deciſ. 171. nu. 1. lib. 2. Confidentia autem quæ ſimoniae ſpecies eſt, nimirum cum quis confidit quod alter acceptans beneficium ſibi poſtea vel alteri conferat, probatur iis præſumptionibus quas habes in bulla Pij V. & explicatas latè per Flam. Parif. trad. de confiſ. quaſt. 65. 66. 67. 68. 69. & ſeq. Hodie confidentiæ crimen requirit plenam & concludentem probationem & in ea non admittuntur conjecturæ, & præſumptiones, niſi ſint tales, quæ neceſſariò concludant, & convincant confidentiam, ut dictum fuit in una Lucana confidentia 27. Februarij 1606. nu. 1. coram illuſt. & Rever. Card. Bononien. quæ extat apud Farinac. deciſ. 108. nu. 1. part. 1. in Novisſimis.

Ex ſola electione ſive confirmatione) Idem ſentit hic Gomel. quaſt. 35. 26. Nam per ſolam electionem, inquit, ſine confirmatione jus in re non tribuitur, nec per eam poteſt haberi titulus coloratus, quod tamen ſecus eſſet ſi electio facta fuerit ab iis qui confirmandi haberent poteſtatem, quia talis electio jus plenum in re & per conſequens, titulum coloratum tribuit & habetur eiufmodi electio loco provisionis per not. Felii in c. eam te num. 4. in ſ. de Reſcript. Sed hodie ſecus eſt, attenda Conſtitutione Julij III. de data anni 1553. de qua infra, in verb. Dummodo ſe non intruſerit.

F De triennio continuo) Huc facit dictum Baldi in cap. cum viginti de off. deleg. ubi scribit quod ubicumque lex designat certum tempus illud debet esse continuuum, videlicet de momento ad momentum, maxime in odiosis ut hic, licet in favorabilibus aliud dicendum esset per not. glo. in l. opinionem ff. de minor. & late Inno. in clem. si. de etat. & qual. Sed an currat ejusmodi triennium contra minorem? vide Gomez. hic quest. 15. qui quaestionem hanc solvit eleganti distinctione, quam si ulus postulat vide.

G Mot a bis ut dicit &c.) Judicialis vel extrajudicialis Imo. card. & alij DD. in d. clem. Gratia de Rescript. sed ex opinione Innoc. & Holtien. in cap. de consuetudine 2. de electio. Pacificus possessor dicitur qui percipit fructus, licet illi moveatur lis super titulo beneficij, quæ sententia hodie explosa est per Rotam, retenta opinione prædicta DD. in d. clem. Gratia, à qua quoque stat noster Glossographus hic, ibi, quod licet possideat. Nam talis interruptio requiritur quæ perceptionem fructuum & perturbationem concernat, juxta ea quæ not Baldus in leg. ordinarij 4. col. vers. deinde quero ego de Rei vind. gloss. in l. exstat ff. quod causæ. Itaq; probo quod postea subjicit Glossographus cum videlicet qui non possidet majorem partem fructuum, non dici pacificè possidere, etiam si lis ipsi non moveatur: quia requiritur molestatio iudicialis vel extrajudicialis, ut notavi supra ad Reg. de annali in glo. verbi non debet.

H Si non fuit sibi lis mota) Quid si citatio fuerit nulla, an interrupta censetur possessio? Pro negativa plura adducit Gomez. ad hanc Reg. de Annali quest. 45. ad quam se remittit in q. 34. de Triennali: quibus in locis scribit quod non solum citatio nulla non interruptit pacificam possessionem, sed etiam citatio male executata: quod limitandum, nisi citatio nulla fuisset geminata: quia tunc interrupteretur pacificam possessionem, Alex. ad Apostill. Baldi in leg. cum nascimur de Prescript. 30. annorum allegat glo. in l. quibus idem ff. de verb. obligat. ut & quando post decretam citationem, amittit possessor mandatum pro cura, & apud actuum rium comparet procurator, nam tunc desinit pacificè possidere, licet non appareat de executione in principalem, Achilles de Grassis decis. 5. ad hanc Reg.

I Videlicet in vacantibus in Curia) Per obitum scilicet apud S. Sedem Gomez. hic q. 31. vers. Primum igitur &c. qui septem privilegia specialia cumulat huius reservationis in corpore iuris clausa, quæ habetur in c. 2. & cap. presenti de Præbend. in 6. & de qua propriè loquitur hæc Regula, ut clarè cum nostro Alphonso ostendit idem Gomez. di. q. 3. vers. Circa tertium & Rebuff. in concordantia in forma mandati Apostolici, & novissimè Nicol. Garcia in tract. de benef. part. 70. §. cap. 1. nu. 132. Ac licet alia quoq; reperiantur Reservationes in corpore iuris clausa, quas supra tetigi & suo ordine enumerat idem Gomez. vers. Primum &c. tamen hæc Regula de istis non loquitur, sed tantum de Reservatione, de

qua in d. c. 2. ubi dispositioni S. Sedis reservantur beneficia vacantia per obitum in Curia, quæ reservatio cæteris dignior, & efficacior est: propterea nisi de illa fiat specialis, & individua mentio non censetur comprehensa sub quacumque dispositione Papæ, nisi tamen in gratia motus proprii, quo casu possessorem juvabit Regula, alias non Gemina in d. cap. 2. n. 14. Præses Everardi const. 237. nu. 4. & seqq. Rota decis. 4. de Præbend. in no. Aen. de Falcon. tract. de Reserv. qu. 4. principali effectu 36. per tot. & effectu 43 & Simonetta eod. tract. q. 73. num. 1. q. 83. nu. 4. & hoc quidem in dispositione Papæ, nam si det facultatem alicui motu proprio conferendi quæcumque beneficia reservata, & ubicumque vacantia, adhuc non venient vacantia apud Sedem, ut scribit Gemina, in d. c. 2. num. 14. vrf. sed quid si Papa: id quod novissimè Gregorij XIII. constitutione incip. sanctissimis de anno 1591. extensum etiam est ad Cardinales, ut nulla ijs indulgentia concessa suffragentur, quoad beneficia vacantia in Curia, nisi sint de beneficijs in suis Ecclesijs titularibus de Vrbe consistentibus, quod & alibi tradit Analt. Germon Jurisc. Romanus in suo insigni tract. de Indultis Cardinalium. Ratio præmissorum est, quia Papa difficilior movetur ad concedendum gratiam de his beneficijs vacantibus apud Sedem, cum intendat ille semper specialibus, & dilectis personis, veluti suis familiaribus, ministris in vinea Domini laborantibus providere. Idèd solet addi in signatura clausula præterquam per obitum apud Sedem: ut notat Rebuff. in praxi in 3. parte sig. in gl. verbi alia clausula nu. 15.

K Videlicet quando est beneficium devolutum) Immo beneficia devoluta non sunt reservata, cum ea conferat jure communi, quod secus est in reservatis, utpote quæ conferat iure plenitudinis potestatis, lupus alleg. 84. nu. 5. vers. de beneficijs Rota decis. 3. de off. deleg. & decis. 774. nu. 2. part. lib. 3. Aeneas de Falcon. de Reserv. 2. q. principali, nu. 12. in fi. Hieron. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. glos. 11. nu. 60. devoluntur autem beneficia, si eorum collatio non fiat intra sex menses, ad superiorem, idq; gradatim, c. licet de supplend. neg. pralat. cap. 2. de concess. præbend. idq; non solum in collatione, sed etiam in electione, Abb. in c. dilectus ibi text. de concess. præb. nu. 2. & alij? & præsentatione, si patroni sint Ecclesiastici, nam laici quatuor dumtaxat menses habent c. unico §. verum de iure patron. in 6. Innoc. d. c. licet Abb. in c. quia diversitatem nu. 18. & in c. ex parte nu. 13. de Concess. præb. & dicti sex menses dati ad conferendum sunt à tempore scientiæ vacationis numerandi, d. c. quia diversitatem in fi. d. c. licet ibi Innoc. Rebuff. in praxi tit. de devolut. numero 10. & ita resolvit Rota in una Placentina. Parochialis coram D. Seraphino 28. Iunii 1585. & coram D. Bualo 24. Martij 1586. vel à tempore quo scire potuit, & debuit, ut quando Episcopus est in propria Diocesi & c. Mascard. de probat. conclus. 879. nu. 10. Abb. in d. c. licet Zerola in praxi Episcop. 2. part. verbo devolutio §. 2. & sic resolutum fuit in una Burgen. Canonicatus 27. Martij 1583. coram D. Bualo & dicti sex menses currunt de momento ad momentum à tem-

pore scientiæ vacationis, ita quod si beneficium vacavit, & fuit nota vacatio Martij hora 9, usq; ad primam Septemb. hora 10. per totam, & non post, providere poterunt *Mandos de electio novorum pralat. part. 1. c. 3. Rota in una Civitat. Castellania 18. Junij 1557. coram Illust. Quiroga* quam ad longum refert Nicol. Garcia de benef. part. 10. cap. 2. nu. 20. Idem dicendum in provisione nulla, putali provident intra tempus, sed indignis, seu inhabilibus & incapacibus *c. non in cunctis §. si, ubi DD. de electio c. licet de supplen. neg. pralat. Garcia d. part. 10. c. 3. nu. 2.* adhuc enim locus est devolutioni. Porro, duobus modis quis impetrare potest beneficia devoluta, vel tanquam ad S. Sedem Apostolicam devoluta, juxta Lateranen. statuta Concilii, & tunc debet probari devolutio gradatim iuxta supradicta vel tanquam devoluta ad inferiores ob negligentiam primi collatoris vel, ob non presentationem patroni in tempore iuxta Reg. 42. infra: quia Papa potest conferre cum Episcopo, seu Archiepiscopo, aut Capitulo ad quos est facta devolutio, *Abb. in d. c. quia diversitatem nu. 5. & tunc sufficit probare negligentiam Garcia d. c. 3. nu. 20. & seqq. ubi subjicit quod collatio facta à secundo collatore, verbi gratia Archiepiscopo ante factam devolutionem non valet, cum antea is non habeat facultatē conferendi: nec convalescet etiam si primus non conferat infra tempus Felij in c. cum ex officij de Prescript. nu. 37. Reluff. d. in de devolut. nu. 32. etiam si collatio esset facta simpliciter, non dicendo Jure devoto Garcia d. c. 3. nu. 32. Sed an sicut Ordinariis, ita etiam Nunciis & Legatis curat semestre istud ad conferendum? Negat *Gambarus de off. & potest Legati lib. 3. nu. 14. & 622.* Nam devolutio non potest ab eo ferri, nisi ad Papam, cum nulli alij sublit, & devoluta ad Papam ipse confert. A dverte etiam quod Legatus de latere concurret in sua provincia sicut & Papa in collatione beneficiorum cum quolibet Ordinario, quo dicitur inter eos sit locus præventioni *c. si à Sede Apostolica de prob. in 6. glo. & DD. in c. 1. de off. leg. etiam in mensibus ordinarijs concessis per Reg. Cancell. Gamb. d. lib. 3. Gomes. de expect. nu. 16. & fuit resolutum in una Aflaten. beneficij 9. Martij 1587. idq; procedere non obstantibus Concordatis Germaniæ, & Galliæ post Gonzalem. ad Reg. 8. §. 2. præm. nu. 14. tradit Nicol. Garcia de benef. part. 6. c. 3. nu. 42.**

A possessione tantum). Hoc est: hæc Reg. defendit possessorem quoad possessionem, etiam malè fidei possessorem *Crescentinus decis. 1. de sent. & re jud. sed non quoad titulum, seu proprietatem ut dicit Felij in c. sicut nu. 31. de sent. & re jud. Ideoq; nemo impediatur, quo minus in petitorio doceat possessorem triennalem esse intrusum, quod secus est possessorio: quia non audietur opponens aliquid contra possessionem, Felij d. loco. Hincque sit ut Ordinarius post triennalem possessionem possit amovere possessorem sine tit. & alteri conferre: quia Ordinario non obstat. Reg. ut in terminis dicit Felij d. nu. 31. vers. neque tollitur Ordinarij, &c. & sic rectè concludit hic noster Glossographus, quod Reg. hæc*

hæc non det titulum in beneficio. Igitur defendet Regula tantum possessionem super possessione, non tamen illum qui spolio convenitur: nam licet Reg. disponat possessores triennales excludere agentes, etiam habentes bonum titulum, non tamen sic accipi debet ut illa exclusio veri tituli, fiat per occupationem & usurpationem, arg. l. famosi ff. ad l. lul. Maies. Siquidem ut rectè notat Gomel. *quæst. 11.* nulla lex vel statutum eum sensum recipere potest, ut per illud credatur conditor spoliatores in sua occupatione tueri, & electos & spoliatos à restitutione excludere *text. & glo. not. in l. si qua loca C. de fund. & salt. rei Dominica & in l. auctoritate C. unde vi.* Postea tamen Auctor noster in *vers. quod ista Reg. daret titulum &c.* videtur ab istis dissentire nihilq; certi resolvere, sed Felij & Gomeij opinio verior est, quam etiam videtur postea sequi in *vers. maxime quia.*

M *Ista Regula daret titulum*) Idem videtur sentire Rebuff. *de Pacif. poss. nu. 7. 79 Navar. cons. 4 nu. 4. & seqq. de off. jud. ord.* quibus in locis etiam scribit quod triennalis possessio pacifica defendit etiam execrabilem, etiam non monstrata dispensatione, dummodo allegetur (quod & probat Flam. Paris. *de Resig. ben. lib. 11. q. 14.*) & non sit intrusus: verum ut supra diximus *num. 49.* ab ista opinione recessit Rota.

N *Possit petere restitutionem*) Atque ita censuit Senatus Sabaudia apud Ant. 80 Fabrum *lib. 1. definit. Florens. tit. 2. definit. 73.* neque enim hæc Regula tuctur possessorem contra quem agitur spolio, ut infra dicemus.

O *Tamen si Papa facit*) Tres effectus confirmationis Papalis affert Mand. 81 ad Reg. *de Union & union. confirmat. in q. 9 nu. 7.* quorum primus est ille quem hic Auctor affert, nimirum ut suppleat defectum ejus quod est invalidum *cap. quovies de pact. Farinacius decis. 672. nu. 5. part. 2. in Noviss.* ubi dicit quod confirmatio valet in vim novæ concessionis, quando confirmans intendit plus dare quam in confirmato contineatur & *decis. 303.* non tamen in præjudicium tertij, idem Farinacius *decis. 114. nu. 5. cap. 1 cum glo. verb. auctoritatem ibi DD. de retractat. Secundus est, ut ipsi facto majorem præstet auctoritatem cap. fin. cum glo. vers. auctoritate 11. distinct.* Tertius, quod sine ejus licentia non poterit retractari, quod ipse confirmavit *cap. 2. de confir. util. & inutil.* & istos tres effectus ponit glo. in c. fin. *Fater 17. q. 4.* Averte tamen quod confirmatio non trahitur ad id de quo actus confirmationis non disponit ut resolvit Rota *coram Reu. D. P. Coccino in una Bremen. Prepositura 4 July 1614.*

P *Dummodo se non intruserit*) Intrusus ad effectum hujus Regulæ duobus 82 modis dicitur. Primo qui obtinuit provisionem beneficij reservati, vel alterius per simoniam, ut in hac Regula dicitur. Secundò, intrusi ad effectum hujus Reg. & Reg. *de Annali* censentur, nec fructus faciunt suos, qui possident beneficia Ecclesiastica, vel dignitates, earum vè administrationem accipiunt ante expeditionem litterarum vel confirmationem obtentam ex constitutionem *Ju. li. 3. de data anni 1553. Maij 2. Pontificatus 4.* vide *Piacesium in praxi Episcopali* in Pri-

in Proëmio nu. 4. & seq. sed hoc cessat in patria Leodiensi, ut dixi ad Reg. tit. supra. Denique intrusus non dicitur promotor ad ordinem in beneficio requisitum, licet canon. de electio. in 6. quem tamen defendet hæc Reg. non etiam si promoveri iustus per sententiam, non est promotus *Gomes. ad hanc Reg. g. 10.* nisi post sententiam manserit in possessione per triennium continuum, nam ex illa triennali possessione præsumitur dispensatus saltem ad tempus, dummodo alleget dispensationem. Cæterum si non alleget, & appareat clarissime neque promotum, neque dispensatum, nulla ratio est, ut magis juvetur Regula, quam ut dispensetur de nunquam promovendo: Ita decedit Senatus Sabaudia apud Ant. Fabrum, lib. 1. tit. 2. definit, 90. Sed utrum intrusus in beneficio reservato, puta decanatu, & habitus, & reputatus pro Decano, & in possessione existens possit beneficia vacantia ad collationem decani pertinentia conferre, quaestio- nem hanc discutit Simonetta de Reser. ben. g. 44. & resolvit pro negativa motus auctoritate Rotæ decis. 4. de Præb. quem sequitur Gonzalez ad Reg. viii. Cancell. gl. 45. §. 2. nu. 44. & seqq. & ratio est quod possessio beneficii reservati careat omni juris adminiculo, imò possessionem non habeat, obstante reserva- tione, ut dixi ad Reg. viii.

Q. *Censetur intrusus*) Idem habent coloratum titulum, si vigore illius accipit possessionem propria auctoritate, sine licentia superioris, & eam per triennium pacificè continuerit, tutus erit exceptione hujus Regulae; licet quoad alios juris effectus secus sit, Rebuff. in praxi tit. de modis amittendi benef. num. 28. *Gomes. hic quaest. 39. per not. DD. in cap. eum qui, de Præbend. in 6.*

Verùm quia Simoniacus hæretico comparatur, an sicut ille non defenditur ope illius Regulae, ita etiam istum non defendi respondit Rebuff. d. tit. nu. 27. quicquid dicat hic Alphonsus supra nu. 39. carent enim hæretici omni benefi- cio, & auxilio juris c. si adversus de hæreticis. Adverte interim quod adversus in- trusos habemus constitutionem Pij IV. de data 1560. Octobris 26. per quam datur Ordinarijs, & delegatis facultas decernendi sequestrum super fructibus, & redditibus beneficiorum constituto summarie, & extrajudicialiter beneficium vacasse in mensibus reservatis, vel alias reservatum non esse.

Sed nec Regula hæc, ut neq; Regula de Annali defendet eum qui non publi- cavit resignationem, ut patet ex ipsa Gregorij xiii. constitutione notatque D. Azorius lib. 7. Instit. moral. moral. c. 24. in fi. ut nec eum qui impetravit be- neficium viventis juxta opinionem quorundam apud Mandos, ad Reg. 21. g. 12. & ad Reg. de triennali.

R. *Non censetur habere titulum*) Idem in beneficio simoniace adeptus ut habet Regula. Hunc simoniacum non audiri in possessorio adstruit Castad. decis. 1. de simonia. ut nec possessorem contra quem agitur de spolio Covar. in c. Possessor de Reg.

de Reg. jur. in 6. part. 2. Releil. §. 10. num. 10. siue spoliū, inquit, contigerit per violentiam, siue absque ea contigerit, idque fundatur ex Consilio Basiliens. ibi citato, quod & probat noster Sotto supra numero 19. adverte tamen possidentem beneficium habitum per simoniam se ignorante commissam habere titulum coloratum & gaudere beneficio huius Regulae Lesius de Iust. & iure lib. 2. cap. 37. num. 140. & ita tenuit Rota in una civitate. Confidentia 29. Janua. 1593. coram Illust. Mantica. Garcia tract. de benef. part. 8. cap. 1. num. 15. licet non videatur tutus in conscientia nisi petat absolutionem à Papa cum nova provisione, ut supra diximus nu. 58.

8 Aniquas lites penitus exstinguentes) Quoniam cum auctor noster, tum Jacobus Simonetta & Lud. Gomelus, alijque non pauci ingenia sua multimodis 84 fatigant super interpretatione horum verborum, quæ alioqui tantam obscuritatem præferunt, ut Desio aliquo natatore opus habeant, nolo hic cæcū octavus sapientum verba pro illorum luce multa afferre: sufficiat tantum lectori remississe ad Lud. Gomelum hic quest. 6. quo in loco multorum opinionem affert, & suam tandem ipse promit auctoritatibusque plusculis confirmat.

T Per sententiam) Hæc refer quæ scripsi ad Reg. xxvii. de surrog. collig. in glos. verbi non sententietur num. 41.

V Titulus coloratus) Dupliciter potest hic considerari titulus coloratus. Primo modo, quoad effectum istius regulae, secundo modo quoad effectus juris 85 communis ut supra in voce intrasi diximus. Quoad effectum istius regulae certa hæc conclusio ponenda est inquit hic Gomel. quest. 27. & 28. quod ille dicitur habere coloratum titulum, qui habet ab eo qui originaliter potest conferre, eligere, & confirmare, licet ex accidenti sint impediti. Denique omnis ille dicitur habere titulum coloratum qui non excluditur in hac Regula; ideoque illi soli discoloratum titulum ad effectum huius regulae habere dicuntur, qui habent titulum per simoniam vel de beneficio reservato reservatione in corpore juris clausa: quia isti duo casus excepti in Regula firman Regulam in contrarium in casibus non exceptis lib. num. quod liquida ff. de penu. leg. Mascard. tract. de probat. vel 3. conclus. 1384. nu. 14.

Sed an titulus prædecessoris transferatur in successorem: finge quod Titius possedit aliquod beneficium pacificè titulo colorato per biennium, quod post obitum illius confertur Mevio, qui illud etiam possedit pacificè per annum, supervenit Sejus qui vult inquietare in petitorio Mevium: qui excipit de hac possessione trienniali in se à suo decessore continuata: quæritur quid juris? Guimer. ad Pragm. sanctio tit. de Pacif. poss. verbo hætenus possedit. respondit quod Mevius non juvabitur possessione sui prædecessoris: quia in titulis beneficiorum,

ficio: um, qui omninò sunt singulares, possessio unius non iuvat alium, cum in talibus non cadat successio iuris vel facti.

Sed an vitium litigiosi transeat in tertium qui habet causam ab aliquo ex colligantibus ex dispositione huius Regulae? hanc quaestionem proponit Iu- pra ad Reg. de Surrogandis nu. 35.

Verùm ut redeam unde diverti, advertite plures alios esse casus, in quibus quis non coloratum titulum habere dicitur, licet non ad effectum istius Reg. Primò, in specie cap. de multa de prabend. & in extr. av. g. execrabilis eod. tit. ut late probat Gomef. hic quaest. 10. vers. Istis tamen non obstantibus: quo in loco probat execrabilem, seu possidentem duo beneficia incompatibilia (modo tamen non sit talis declaratus per sententiam, ut idem Gomef. notat q. 24. vers. non obstat etiam) nequaquam excludi beneficio istius regulae: idque ea ratione quod dispositio istius Regulae excipit tantum duos casus, in quibus Papa statuit Regulam non habere locum; ergò in aliis non exceptis regula firma manet. *nam quod liquide, &c.*: quod maximè procedit in eo qui diu possedit incompatibilia, ut puta per decennium, quia tum militat pro eo titulus dispensationis praesumptus. Navar. conf. 4. de off. ord. & conf. 20. de Prab. & Regula haec contenta est titulo praesumpto Cassad. dec. 2. de causis poss. & propr. nu. 2. & 3. dec. 8. super reg. Cancell. Greg. Tholos. de ben. cap. 25. nu. 15. Navar. conf. 4. tit. de off. ord. num. 6. 8. & conf. 20. de prab. Flam. Paris. de resig. lib. 11. q. 14. nu. 27. & lib. 3. q. 6 & lib. 10. nu. 9. etiam non dispensatione monstrata, modo tamè ea allegetur Navar. d. conf. 4. num. 9. Gomef. q. 26. Si tamen constet de aliquo titulo invalido praebambulo, tum non juvabitur beneficio huius Regulae, nam ubi manifestè probari potest de fundamento invalido, huiusmodi titulus non dat colorè Boerius in dec. Baroig. dec. 24. num. 6. quia dicitur emanare de facto, & non de iure Felij in c. in nostra de Rescript. Mascard. d. conclus. nu. 15. & hoc est perpetuum in beneficiis, ut vitiosus ingressus nunquam dari debeat, ideò cautius fecerit possessor triennalis, si titulum non exhibeat, alleget tamen coloratum ut omninò iniustam possessionem non habuisse videatur. At si titulum exhibeat invalidum quidem & nullius momenti, sed tamen non vitiosum, magis est, ut locus sit Regulae: extra casus in ea exceptos; sive quod d. Regula nullius veri tituli probationem exigat sive quod super nullitate & invaliditate tituli videatur possessor tacite dispensatus ab Episcopo qui certis temporum curriculum omnium beneficiorum in sua Diocesi constitutorum, & statum, & possessores inquirere ex officio tenetur, atq; ita ex Gomef. q. 10. in si. resolvit Senatus Sabaudix in una Parochialis Eccles. prid. Kal. Septemb. 1588. teste Ant. Fabio in suo C. lib. 1. tit. 2. de p. 5. & de p. 56. In animæ tamen iudicio non erit tutus; imò tenebitur is beneficiū dimittere quoties sciverit sibi Canonicum tit. ad id obtinendum deficere Covar. tom. 1. Relect. in c. Possessor p. 2. §. 10. nu. 10. de reg. jur. in 6. Secundus casus qui non tri-

buit titulum coloratum, est in eo qui recipit Episcopatum, *juxta c. Cùm in cunctis*,
8. cùm vero de electio. Tertius est in collatione facta à Vicario Generali, quæ non
 est colorata, cùm non habeat potestatem conferendi, *cap. fin. de off. Vicar. in 6.*
 Quartus est in collatione facta ab Ordinario, cui erat ab executore inhibitu
 propter decretum litterarum, de quo per gloss. *in c. si solidè de concess. prebend. in 6.*
 quia talis non dicitur habere titulum coloratum, ut tenet Gaspar de Perusio *in*
tr. de reservat. Quintus casus est, quando habens titulum ingreditur possessio-
 nem beneficii præter superioris auctoritatem, ut not. Innoc. *in cap. Bone 2. de post.*
tr. dat. & in c. Litteris de res. spol. etiam si talis cum titulo habeat executorialis
 canonizatorias tituli, ut tenet stylus Rotæ, de quo meminit Felii *in c. ad proban-*
dam coll. 4. de re jud. Denique titulus coloratus videtur dici posse ubicumque non
 inducitur privatio à jure, etiam quòd sit defectus in conferente, *Lapus alleg. in 16.*
et valeat collatio num. 2. & 3. & alleg. 103. sepè mihi num. 2. Notandum postremo,
 si negetur possessorem titulum coloratum habere, non probandum esse per pos-
 sessorem, sed per actorem, ut notat ex communi DD. opinione Gomef. *hic quest.*
41. Atque hi quidem tituli discolorati obstant quoad dispositionem juris com-
 munitis, non etiam quoad effectum hujus Regulæ. Denique adverte titulum co-
 loratum supervenientem pendente triennio non tueri triennalem possessorem,
 Guiner *ad pragm. Sanctio. tit. de Pacif. possess. in pr.*

Vel homicida) Vide supra Regulam proximam in gloss. verbi *de beneficio vacan-*
te ipso facto.

De personis habitibus) Ut communis opinio ita esset, ei tamen adversatur, ut
 supra ostendi, in verbo laicus vel spurius, opinio Rotæ, cuius auctoritas majoris
 est ponderis, quam communis DD. opinio, ut scribit Hieron. Guchalon *ad Reg.*
Deq. iura sanguinis de reg. jur. num. 42.

Tamen contrarium credo verius) Hanc auctoris nostri opinionem, et si validiffi-
 ma videatur niti argumentis, eam tamen rejicit Gomefius *hic quest. 5.* motus di-
 versis Rotæ præjudiciis, quæ ibi in medium producantur, tandemque post va-
 riam veri inquisitionem, resolvit Regulam istam etiam locum habere in Com-
 menda perpetua: neque obstat videtur, quòd pro contraria sententia assert
 hic auctor, scilicet quòd commendatarius non habeat titulum: quia hoc pro-
 ceat in Commenda temporali, in qua non datur plena dispositio, nec conver-
 titur in proprios usus: aliter atque in perpetua Gomef. *d. loco vers. dicta igitur om-*
nia ditorum: cui ad stipulatur Abb. *in c. Cùm olim col. penult. de rerum permut.* Ita-
 que opinio firmatur per verba quæ Hadrianus VI huic Reg. adjecit *ex quovis ri-*
tu, quibus verbis dubium non est comprehendi Commendam, si ve illa sit pro-
 prie titulus, si ve improprie, quòd & probavit Rota Mohedani *Dec. 16. de causa*
reg. & propr.

Non est beneficium Commenda) Est tamen velut titulus beneficii, ut dicit decisio Rotæ apud Farinacium Decis. 141. n. 6. part. 1. in Noris. Sed hodie difficultas per nostrum propofita, cessat per clausulam Adriani VI. ibi, ex quovis titulo supra linitis positam.

*Argumenta in Reg. XXXIV. INNOCENTII VIII.
quæ est XXXVI. Pauli V.*

1. Hæc Regula obviat fraudibus hominum.
2. Fraus sic huic Regulae, quando resignans constituit se possidere nomine resignatarii.
3. Mutata causa possessionis fraus non præsumitur.
4. Veritas prævalet opinioni.
5. Publicatio resignationis qualiter fiat in curia.
6. Possessio ad effectum hujus Reg. peti potest coram Notario & testibus.
7. Interpellatio ubi requiritur, sufficit extrajudicialis.
8. Resignans si moriatur in possessione resignatio nulla est, & beneficium vacat per obitum: & quid si non moriatur, sed vivit post tempus hic statutum?
9. Potentia adverbii quoque.
10. Resignatione facta in partibus beneficii reservati ignorante resignatario, qui tempore lapsa venit ad curiam, an habeat locum terminus hujus Regulae?
11. Terminus statuti nunquam est peremptorius, si probetur impedimentum.
12. Auctarium huic Reg. datum est per Julium III.
13. Hæc Regula, ut & Julii III. & Constitutio Pii V. partim immutata, partim abrogata est per Greg. XIII.
14. Constitutio Gregorii XIII. est hodie in viridi observantia.
15. Quæ sit differentia inter hanc Innocentii regulam, & Pii V. sive Gregorii XIII. constitutionem: cujus requisita, forma & effectus examinatur, & quæ beneficia sub illius dispositione comprehendantur.
16. Duplex causa finalis est hujus Reg.
17. Omnes omnino adstringuntur ad dispositionem hujus Reg. sive Constit. Greg. XIII. quantumque resignantes dignitate fulgeant, etiam Cardinalitia.
18. Commendatarii sub hac Regula comprehenduntur.
19. Renunciationes in favorem non subsistunt coram Ordinariis, ideo purè & simpliciter fieri debent: & hæc simplex renunciatio causas requirit.
20. Resignans constituens se nomine resignatarii possidere an ligetur dispositione hujus Regulae?
21. Facta publicatione resignatarius post adeptam possessionem potest resignanti locare fructus beneficii resignati, qui si moritur in possessione tanquam conductor, beneficium non vacat per obitum.